




# Orbis Terrarum



Chartae O-T representant continentes notos in temporibus praeteritis: Asia, Africa, Europa. O representat figuram chartae et mare quod circumdat tres continentes. T representat crucem quae dirimit tres continentes. Brachia sunt fluvius Tanais (hodiernus Don), fluvius Nilus et mare Mediterraneum.

## ORBES TERRARUM ZONALES



Orbes terrarum zonales dividunt mundum quinque regionibus e caelo: II regiones septentrionales in polis, I regio torrida in circulo aequinoctiali, II regiones temperatae. Secundum maiores solum regionibus temperatis emisphaeri septentrionalis existit vita. Hi orbis terrarum sunt praecique in "Commentario" Macrobiani, scriptor, magistratus, astrologus Romanus in V saeculo a.C. .

## ORBES TERRARUM TRIPERTITI

Orbes terrarum tripertiti habent significationem symbolicam: Hierosolyma, Terra Sancta, est in medio et Hortus Paradisi, Oriens, est in summo.

Inde dissimilis positio regionum caeli: Septentrio et Meridies sunt in loco Orientis et Occidentis et vice versa.





In parte interiore sunt tria nomina: Sem (Asia), Iafeth (Europa), Cham (Africa), scilicet tres filii Noe, e quibus oriuntur tres continentes.


Totus mundus, nam, est sub tutela Dei et sui vatis.



In tabula sunt flumina quae interfluunt in tribus continentibus. Flumina Asiae nascuntur in Horto Paradiso. Praeterea sunt quattuor scaphae quae navigant in mari et in oceano. Hortus Paradisi, in Oriente, est tentoriolum tectum e duobus angelis Deoque.



## ORBES TERRARUM QUADRIPERTITI




Orbes terrarum quadripartiti effecti sunt in magno numero e monacho geographo Beato de Liebana et comprehendunt Antipodes in meridionali emisphero (congruens cum Antarctica) ubi finguntur homines capite deorsum et pedibus sursum.

## ORBES TERRARUM IMPLICATI



Orbes terrarum implicati fingunt urbes veras, scaenas fabularum aut sata peregrina. In his orbis terrarum non est T quae separat tres continentes.



Pro antiqua descriptione geographi Latini Macrobiani (385 a.C.-430 d.C.), Petrus Bertius in XVII saeculo delineavit hunc orbem terrarum. Deest meridionali pars Italiae, praeter Siciliam. Pars orientalis Europae effingitur parum verisimiliter, ut India Asiaque. Desunt media et meridionalis Africa, nondum exploratae, tamquam regiones polares, Oceaniae et Americarum. Mare

separat Antipodes a tribus continentibus. Maxime visibilis insula Sri Lankae, fabulosa Taprobana, sedes Horti Paradisi.





Linearis orbis terrarum se ditescit gradatim figuris christianis, ut in hac rapraesentatione in qua apparent duo angeli, qui regunt testas, et Iesus cum parvo orbe terrarum in manu. Infra sunt dracones, mali symbola. Vultu figurant ventos, lineae caeruleae flumina. Urbes sunt trigoni aurei coloris. Transenna ambit Hortum Paradisi.



Iandolo A.  
Sasso N.  
Mattera L.